LEACH 1814. Zool. Misc. I. p. 54. (ed. Chenu p. 8.)

CUVIER 1816. Mém. pour serv. à l'hist. et l'Anat. d. Moll. * > Isis 1819. p. 725. et Règne an. et 1830.

Haliotis Linn. contin.

- Ib. ed. 2a. (ed. Voigt. III. p. 414.) — subgenus *Haliotis*.
Pariter SCHWEIGG. 1820. Natgsch. p. 723.
SCHUM. 1817. Ess. p. 185.
FÉRUSS. 1821. Tabl. syst. p. XXXVII. — in familia *Haliotidum*.
Pariter RANG 1829. Man. p. 240.
POT. et MICU. 1838. Gal. I. p. 509.
GRAY 1821. Lond. Med. Rep. vol. XXI. * — Schismatobranchiorum genus unicum.
BLAINV. 1824. Dict. sc. nat. tom. 32. p. 292. et 1825.
Malac. p. 502. — in *Otideis*.
LATR. 1825. Fam. nat. — in *Auriformibus*.
G. B. SOW. 1824. Gen. Shells fasc. 14. *
MENKE 1830. Syn. ed. 2a p. 87. — in *Haliotoideis*.
FLEMING 1828. Brit. Anim. p. 361. 362. — genus *Haliotidarum*.
Pariter WIEGM. 1832. Hdb. d. Zool. p. 545. (ed. 2a p. 574.)
SWAINS. 1840. Malac. p. 354.
D'ORB. 1843. Pal. franç. Terr. crét. II. p. 236. *
GEINITZ 1845. Grundr. d. Verst. p. 354.
VALENC. 1833. Humb. voy. Zool. II. p. 266.
VÉRANY 1846. Catal. p. 14. (*Halyotis*).
Synon. *Auris marina* Dan. Maj. List. Lang. Breyne.
p. p. etc.
Patella fera Auctt.
Auris Veneris Colonn.
Concha plana (p. p.) D'Argenv.
Auris Klein.
Halyotis Auctt.
Padollus (pars) Montf.
Padolla Oken.
Padola Fleming.
Haliotis MONTE. 1810. Conch. syst. II. p. 119.
Genus *arctius circumscriptum*, segregato Padollo.

Haliotis SCHWEIGGER 1820. Naturgeseh. p. 723. (praeced.
Cuvier, vid. *Haliotides*.)

Genus Aspidobranchiorum. Subgenera: Stomatia,
Padollus, Haliotis.

Haliotites AUCTT. (CARTHEUSER 1755. Elem. min. *)

Fossilia pro Haliotidibus habita, maximam partem
ad Exogyras et Gryphaeas referenda.

Haliotoidea HUMPHREY 1797. Mus. Calonn. * t. Swainson.
= Stomatia Helbl.

Haliotoidea MENKE 1830. Syn. ed. 2a p. 87.

Primus subordo Aspidobranchiorum. Unica familia:
Haliotoidea.

Haliotoidea (familia) MENKE ibid. — Genera: Haliotis,
Stomatella, Stomatia.

Halobia MÜNSTER? 1831. Conf. Leonh. et Br. Jahrb. 1831.
p. 405. * 1833. p. 63. * et Bronn Leth. p. 353.

Etym. ἄλς, mare; βιός, vita.

Subgenus Aviculae. (?) Typus: Pectinites salinarius
Schloth.

Adoptat Pusch 1837. Pol. Paläont. p. 47. — in Pec-
tineis.

Halyotis AUCTT. vid. *Haliotis*.

Hamellus LLWYD 1698. Lith. Brit. num. 609. * t. Scheuchz.
Sciagr. lithol.

Etym. Hamus.

Genus fossilium, quod Scheuchz. loc. laud. ad. Pec-
tinis auriculas refert.

Synon. Ryncolites Faure-Biguet.

Rhyncholithes D'Orb. Blainv.

Rhyneholites Auett. (Röm.)

Rhyncholithus Bronn.

Hamites PARKINSON 1811. Org. Rem. vol. III. *

Etym. Hamus, male affixa Graeca terminatione ιητς.
Novum genus fossilium.

Adoptat J. SOWERBY 1814. Min. Conch. tab. 61.

Hamites Parkins. contin.

FÉRUSSAC 1821. *Tabl. syst.* p. XVIII. — in Ammonoeis.

Pariter D'ORB. 1826. *Tabl. d. Céphal.* *

RANG 1829. *Man.* p. 94.

DESH. 1830. *Euc. méth. Ill.* p. 182. et 1845.

Lamck. ed. 2a XI. p. 260.

BRONN 1838. *Leth.* p. 730.

BLAINV. 1825. *Malac.* p. 382. — in Lituaceis.

DE HAAN 1825. *Monogr.* * — in Ammoniteis.

Pariter MENKE 1830. *Syn. ed. 2a* p. 3.

LATR. 1825. *Fam. nat.* — in Orthoceris.

G. B. SOW. . . . Gen. Sh. fasc. 34. *

CUVIER 1830. *R. anim.* ed. 2a (ed. Voigt. III. p. 22.)
— subgenus Ammonitae.

G. B. SOW. jun. 1842. *Conch. Man.* p. 156. — in Ammonaceis.

MORRIS 1843. *Brit. foss.* p. 181.

GEINITZ 1845. *Grundr. d. Petref.* p. 30. — subgenus Hamitae.

D'ORB. 1841. *Pal. fr. Terr. crét. I.* p. 526. — genus Ammonitidarum.

Synon. Lituites (sp.) Davila.

Ammonoceratites Lamck. olim.

? Tiranites Montf. q. cf.

Baculites (sp.) Desmarest.

Ammonoceras Lamck.

Ammonoceratita Blainv.

Toxerites Rafin.

Baculita Fleming.

Toxoceras D'Orb.

? Helicoceras D'Orb.

Hamites GEINITZ 1845. *Grundr. d. Verst.* p. 301.

Genus Ammonitidarum. Subgenera: Scaphites, Crioceras, Toxoceras, Ancyloceras, Hamites, Turritulites, Ptychoceras.

Hammonis cornu PLIN lib. 37. cap. 10. * teste De Kon.

Etym. Hammon i. q. Ammon, cogn. Jovis.

= Ammonites Breyn.

Hammonites AUCTT.

Etym. praece.

= Ammonites Breyn.

Hamulus MORTON 1834. Synops. * teste Bronn in Leonh.

et Br. Jahrb. 1836. p. 733.

Etym. Hamus.

Novum genus fossilem, an Tubispiratis inserendum?

Hamus KLEIN 1753. Ostrac. p. 25.

Etym. Nom. appell.

Secundum genus Conocochlidum, Trochos quosdam
continens.

Harpa RUMPH 1705. Amb. Rarit. p. 104. (ed. Germ. p. 75.)

Etym. Nom. appell.

Species Volutarum, a Linnaeo aliisque Buccinis ad-
judicata.

WALCH 1771. Natgsch. d. Verst. III. p. 113. * —
genus Cochlearum.

Pariter SCHRÖT. 1784. Vollst. Einl. IV. p. 437. Conf.
Ejd. Lithol. Lex. 1779. II. p. 345.

HUMPHR. 1797. Mus. Calonn. * — genus Univalvium.

LAMCK. 1799. Prodr. * et 1801. Syst. an. p. 79. et
1803. Ann. du Mus. II. p. 167. (ed. Germ. p. 142.)

ROISSY 1805. Moll. VI. p. 41.

CUVIER 1800. Anat. comp. * — subgenus Buccini.

Pariter CUV. 1817. Règne anim. * et 1830. Ibid.
ed. 2a. (ed. Voigt. III. p. 330.)

SCHWEIGG. 1820. Naturg. p. 729.

DUVERNOY 1804. Diet. sc. nat. tom. 5. p. 404.

LAMCK. 1809. Philos. zool. — in Purpuraceis.

Pariter MENKE 1830. Syn. ed. 2a p. 63.

LAMCK. 1812. Extr. d'un Cours. * et 1822. Hist. VII.
p. 253. (ed. 2a X. p. 127.) — genus Purpurifer-
orum.

Harpa Rumph. contin.

Pariter G. B. Sow. 1822. Gen. Sh. fasc. 3. *

REEVE 1841. Proc. Zool. Soc. p. 76. et 1842.

Conch. syst. II. p. 225.

G. B. Sow. jun. 1842. Conch. Man. ed. 2a p. 157.

CATLOW 1845. Conch. Nomenel. p. 275.

SCHUM. 1817. Essai p. 208.

FÉRUSS. 1821. Tabl. syst. p. XXXV. — subgenus Purpurae.

LATR. 1825. Fam. nat. — in Doliariis.

BLAINV. 1825. Malac. p. 408. — in Entomostomis.

Pariter LESSON 1831. Illustr. de zool. pl. 36.

FLEMING 1828. Brit. An. p. 339. 342. — genus Buccinidarum.

RANG 1829. Man. p. 210. — in familia Purpurarum.

Pariter POT. et MICH. 1838. Gal. I. p. 393.

REYNAUD 1829 in Mém. de la Soc. hist. nat. Par. V. *

DESH. 1830. Enc. méth. III. p. 184. — in Buccineis.

QUOY et GAIM. 1832. Voy. Astrol. Zool. II. p. 611.

VALENC. 1833. Humb. voy. Zool. II. p. 323.

SWAINSON 1840. Malac. p. 298. — in Cassineis.

D'ORB. 1840. Voy. * et 1843. Paléont. fr. Terr. crét.

II. * — genus Cassidarum.

Pariter GEINITZ 1845. Grundr. d. Verst. p. 376.

MORRIS 1843. Brit. foss. p. 147.

Synon. Buccinum brevirostre (pars) Lister.

Voluta (sp.) Rumph.

Cochlea longa pyriformis intorta cylindroidea (pars)

Gault. (Lang.)

Cithara Klein.

Dolum s. Concha globosa (sp.) D'Argenv.

Buccimum (sp.) Linn. etc.

Sistrium (sp.) Oken olim.

Harpago KLEIN 1853. Ostrac. p. 98.

Etym. Nom. appell.

Secundum genus Alatorum, pro Pterocera chiragra
Linn. institutum.

Harpax PARKINSON 1811. Org. Rem. III. p. 221. *

Etym. ἄρπαξ, rapax. ⁴⁴⁾

A Plicatulis male disjunctum genus.

Adoptaverat BRONX 1824. Syst. urweltl. Conch. p. 37. *

BLAINV. 1825. Malac. p. 520. — in Ostraceis.

Pariter RANG 1829. Man. p. 274.

J. SOW. 1819. Min. Conch. tab. 245. — Plicatulis rursus injungit.

Sequitur Blainv. 1826. Malac. p. 629.

GOLDF. 1834. Petref. Germ. II. p. 100.

BRONN 1837. Leth. p. 327.

Harpula SWAINS. 1835. Elem. mod. Conch. * et 1840. Malac.

p. 102. 317. Conf. G. B. Sow. jun. Conch. Man. ed. 2a p. 157.

Etym. Harpa.

Genus Volutinarum. Typus: Voluta vexillum Chemn.

= Fulgoraria Schum.

Haustator MONTE. 1810. Conch. syst. II. p. 182. Cf. Sow.

jun. Conch. Man. ed. 2a p. 157.

Etym. Haurio.

Genus superfluum a Turritellis separatum, species ore tetragone praedita complectens. Typus: Turritella imbricataria Lamek.

Haustellaria SWAINS. 1840. Malac. p. 296.

Etym. Haustellum.

Subgenus Muriceis. Typus: Murex haustellum Linn.

= Haustellum Klein.

Haustellum KLEIN 1753. Ostrac. p. 63.

Etym. Haustrum.

Genus Cochlidium rostratarum, Murices quosdam complectens.

Adoptat SCHUM. 1817. Ess. p. 213.

Synon. Purpura rectirostra (sp.) Gualt.

Brontes Montf.

Haustellaria Swains.

Haustrum HUMPHREY 1797. Mus. Calonn. * teste Swains.

Etym. Nom. appell.

PERRY 1811. Conch. * teste Féruß. Journ. de phys. tom. 90. p. 285.

= **Purpura** Brug.

Hectocotyle Cuv. 1829. Ann. sc. nat. tom. XVIII. * > Lamck. Hist. ed. 2a III. p. 601.

Etym. ἔκατόν, centum; κοτύλη, acetabulum.

Genus vermium intestinalium.

R. BROWN 1845. Linn. Soc. Lond. * > Fror. Fortschr. d. Geogr. u. Natgseh. I. 1846. p. 311. — Cephalopodum mares esse demonstrat.

Hecuba SCHUM. 1817. Essai p. 157.

Etym. Nom. propr.

A Donacibus separatum genus superfluum. Typus: *Donax scortum* Linn.

Helecion MONTF. 1810. Conch. syst. II. p. 62.

Etym. ἔλω, traho. (Heclium.)

Genus incongruum, quo *Ancylus* et *Patellae* quoadam vertice antice inclinato comprehenduntur.

BLAINV. 1825. Malac. p. 499. — subgenus *Patellae*.

Helecion D'ORB. 1839. Voy. *

= *Acmaea* Eschscholtz.

Helecina FLEMING vid. *Helicina* Lamck.

Heledone MENKE 1830. Syn. ed. 2a p. 1.

Etym. ἔλεδώνη, loligo.

Genus Octocerorum Acochlidum.

= *Eledone* Arist.

Helæuchus vid. *Eleuchus*.

Heliacus D'ORB. 1841. Moll. cub. II. p. 68.

Etym. ἥλιαχος, solaris.

Subdivisio Solarii. Typus: *Solarium cylindraceum* Chemn.

Helicaceae HINDS 1844. Zool. Sulph. p. 55.

Etym. *Helix*.

= *Helicea* Lamck. emend.

Helicarion FÉRUSSAC 1821. Tabl. p. XXXI. et 1824. Voy.
de Freyc. Zool. p. 465.

Etym. Helix; Arion.

Primum genus familiae Cochlearum, antea He-
lixarion.

G. B. Sow. 1823. Gen. Sh. fasc. 11. * — Vitrinae
injungit.

LATR. 1825. Fam. nat. — genus Geocoehlidum.

BLAINV. 1825. Malac. p. 462. — subgenus Helicoli-
macis.

RANG 1829. Man. p. 157. — subgenus Vitrinae.

Pariter DESU. 1838 in Lamek. ed. 2a VIII. p. 13.

MENKE 1830. Syn. p. 14. — genus Heliceorum tetra-
cerorum.

BECK 1837. Ind. p. 2. — genus Vitrinidum.

Synon. Vitrina (spec.) G. B. Sow. Gray. L. Pfeiff.
Helixarion Fér. Bronn. G. B. Sow. jun.

Helicea (Colimaeés) LAMCK. 1809. Phil. zool.

Etym. Helix.

Prima familia Gasteropodum spiralium absque siphone.

Genera: Helix, Amphibulimus, Helicina, Achatina,
Bulimus, Pupa.

LAMCK. 1812. Extr. d'un Cours. * — prima familia
Trachelipodum, subdivisa in:

a) quadricornia. Genera: Helix, Helicella,
Helicina, Pupa, Bulimus, Amphibulimus, Acha-
tina.

b) bicornia. Genera: Cyclostoma, Vertigo, Au-
ricula.

LAMCK. 1822. Hist. nat. VI. 2. p. 61. (ed. 2a VIII.
p. 10.) — prima familia Trachelipodum phytopha-
gorum.

a) quadricornia. Genera: Helix, Carocolla,
Anostoma, Helicina, Pupa, Clausilia, Bulimus,
Achatina, Succinea.

b) bicornia. Genera: Auricula, Cyclostoma.

Helicea LAMCK. emend. MENKE 1830. Syn. ed. 2a p. 14.

Secunda familia Geophilorum.

1) tetracera. Genera: Helicarion, Vitrina, Daudebardia, Succinea, Helix, Carocolla, Anostoma, Bulimus, Achatina, Clausilia, Pupa.

2) dicera. Genera: Vertigo, Partula.

DESP. 1830. Enc. méth. III. p. 552. tabl. — secunda familia Pulmobranchiatorum. Genera: Vitrina, Helix, Anostoma, Bulimus, Succinea, Pupa.

Similiter FORBES 1838. Malac. Mon. p. 7.

EHRENB. 1831. Symb. phys. * > Oken Isis 1833. p. 734. — in 2 genera primaria distribuit: Chilogymnum et Chilodontem.

L. PFEIFF. 1841. Symb. ad hist. Hel. p. 4. — 2da familia Coelopnoorum gymnostomorum tetracerorum. Genera:

a) peristome non continuo: Succinea, Vitrina, Nanina, Helicophanta, Helix, Anostoma, Streptaxis, Cochlostyla, Bulimus, Balea, Megaspira, Pupa, Achatina, Cochlicopa.

b) peristome continuo: Azeca, Macrodontes, Cylindrella, Clausilia.

L. PFEIFF. 1842. Symb. II. — Genera: Vitrina, Nanina, Helicophanta, Helix, Tomogerus, Streptaxis, Bulimus, Pupa, Megaspira, Balea, Tornatellina, Succinea, Achatina, Glandina, Azeca, Macrodontes, Cylindrella, Clausilia.

ID. 1846 in Zeitschr. f. Malak. p. 2. — generibus adjicitur Achatinella, et cum dubio Geomelanica. Macrodontes Bulimo injungitur.

Synon. Cochlea Adanson.

Cochleae Féruß.

Glischrus Studer.

Helicidae Gray. Risso. Fleming.

Limacinea sect. A. Blainv.

Heliceae Menke olim.

Helicina Wiegm.

Helicea Lamek. emend. contin.

Synon. contin.

Helicoidea Fitz.

Cochleadea Beck.

Colimacea G. B. Sow. jun.

Colimacidae D'Orbigny. Geinitz.

Heliceae MENKE olim 1828. Syn. p. 8.

= *Helicea* Lamek. emend.

Helicella LAMCK. 1812. Extr. du Cours. *

Etym. *Helix.*

Secundum genus Heliceorum quadricornium, postea
Helici rursus injunctum.

FÉRUSSAC 1819. Prodr. p. 37. et 1821. Tabl. p. XXXII.

— subgenus *Helicis*, ex inclusis volutatis. Sub-
divisiones: *Lomastomae*, *Apostomae*, *Hygromanes*, *Heliomanes*.

Pariter RANG 1829. Man. p. 163.

CUVIER 1830. Règne an. ed. 2a. (ed. Voigt. III. p.
58.) — subgenus *Helicis*.

Pariter KRYNICKI 1836. Bull. Mosc. IX. p. 171.

Helicella BLAINV. 1825. Malac. p. 461.

Subgenus *Helicis*.

= *Trigonostoma* Fitz.

Helicella FITZINGER 1833. Syst. Verzeichn. p. 95.

Genus *Helicoideorum*.

= *Hygromanes* Féruß.

Helicella BECK 1837. Ind. p. 6.

Subgenus *Helicis*, e sectione *tenuilabrium*.

= *Hyalinia* Agass.

Helicella SWAINSON 1840. Malac. p. 164. 169. 333.

Genus *Helicinarum*.

= *Solaropsis* Beck.

Helicella HARTMANN 1844. Erd- u. Süssw. Gast. I. p. 143.

Subgenus *Helicis*. Typus: *H. ericorum* Müll.

= *Theba* Beck (ex parte).

Helicida BECK 1837. Ind. pag. 5.

Etym. Helix.

Secunda tribus Cochleadeorum. Genera: Daudebardia Hartm., Helix Brug., Artemon Beck.

Helicidae GRAY 1824. Ann. of Philos. VIII. p. 107. *

Familia Pulmobranchiatorum.

RISSE 1826. Hist. IV. p. 58.—familia Adelobranchiorum.

GULDING 1826. Zool. Journ. II. N. 8. p. 440. et 1828. Ibid. III. N. 12. p. 527.

FLEMING 1828. Brit. An. p. 255. — prior subfamilia Cochleadarum inopereculatorum. Genera: Carocolla, Helix, Bulimus, Achatina, Succinea, Vitrina.

GRAY 1840 in Turton Man. ed. 2a p. 101. 109. — familia Pneumobranchiorum terrestrium inopereculatorum. Subfamiliae: Limacina, Vitrinina, Testacellina, Helicina.

THOMPSON 1840. Land- and fresh-wat. Moll. of Ire. p. 4.

CANTRALINE 1841. Malac. médit. p. 98.

GRAY 1844. Revue zool. p. 374.

= Helicea Lamck. emend.

Helicidae SWAINSON 1840. Malac. p. 160. 326.

Familia Phytophagorum. Subfamiliae: Limacinae, Lucerninae, Helicinae, Achatinae, Limnacinae.

Helicigona FÉRUSSAC 1819. Prodr. p. 36. et 1821. Tabl. p. XXXII.

Etym. Helix; γωρος, angulus.

Subgenus Helicis ex inclusis volutatis. Subdivisiones: Carocollae, Vortices.

Pariter RANG 1829. Man. p. 162.

Helicina LAMCK. 1799. Prodr. * et 1801. Syst. an. p. 94. et 1805. Ann. du Mus. V. p. 91.

Etym. Helix.

Novum genus Univalvium spiralium.

ROISSY 1805. Moll. V. p. 275. primus adoptat.

LAMCK 1809. Phil. zool. et 1822. Hist. VI. 2. p. 102. (ed. 2a VIII. p. 153.) — genus Heliceorum.

Helecinia Lamek. contin.

- FIRUSS. 1821. Tabl. syst. p. XXXIII. — *unicum genus familiae Helicinarum.*
Pariter RANG 1829. Man. p. 179.
POT. et MICH. 1838. Gal. I. p. 228.
GRAY 1821 in Lond. Medic. Repos. * — *in Phaneropneumonis. Injungitur Oligyra Say.*
ID. 1824. Monogr. in Zool. Journ. I. 1. p. 62.
BLAINV. 1825. Malac. p. 440. — *in Ellipsostomis.*
Subgenera: Ampullina, Oligyra.
LATR. 1825. Fam. nat. — *genus Helicinidarum unicun.*
GULD. 1828. Zool. Journ. III. N. 12. p. 528. — *genus Helicinadarum.*
FLEMING 1828. Brit. An. p. 255. 258. (*Helecina*) — *in Cochleadis operculatis.*
MENKE 1828. Syn. p. 22. et 1830. Ib. ed. 2a p. 39.
— *unicum genus Helicinaceorum.*
G. B. SOW. . . . Gen. Sh. fasc. 36. *
DESN. 1830. Enc. méth. Ill. p. 267. — *in familia Helicineorum.*
CUVIER 1830. R. a. ed. 2a (ed. Voigt. III. p. 194.)
— *subgenus Ampullariae.*
QUOY et GAIM. 1832. Voy. de l'Astrol. Zool. II. p. 193.
SWAINS. 1840. Malac. p. 184. 336. — *genus Achatinarum.* Subgenera: *Helicina*, *Pachytoma*, *Oligyra*, *Trochatella*.
REEVE 1842. Conch. syst. II. p. 100. — *in Cyclostomaceis.*
Pariter CATLOW 1845. Coneh. Nomencl. p. 175.
G. B. SOW. jun. 1842. Coneh. Man. ed. 2a p. 158. — *in Colimaceis.*
D'ORB. 1841. Moll. cub. I. p. 199. 239. et Pal. franç. *
— *genus Cyclostomidarum.*
Pariter GEINITZ 1845. Grundr. d. Verst. p. 321.
Synon. Turbo terrestris (spec.) List.
Trochilus (sp.) List.
Cochlea (sp.) Browne.

Helicina Lamek. contin.

Synon. contin.

- Cochlea trochiformis (sp.) Martini.
- Helix (sp.) Schröt. Megerle v. Mühlf.
- Pitonellus Montf. (e synon.)
- Oligyra Say. Swains.
- Olygyra Blainv. G. B. Sow. jun.
- Ampullina Blainv.
- Alcadia Gray.
- Pachytoma Swains.
- Trochatella Swains.

Helicina (subgenus) SWAINS. 1840. Malac. p. 337.

Subgenus *Helicinae*. Typus: *Helicina major* Gray.

= *Alcadia* Gray.

Helicina WIEGM. 1832. Handb. d. Zool. p. 523. (ed. 2a 1843. p. 550.)

Etym. *Helix*.

Secunda familia Pulmonatorum. Genera: *Vitrina*, *Succinea*, *Helix*, *Bulimus*, *Pupa*, *Clausilia*, *Vertigo*. MACGILL. 1843. Moll. Aberd. p. 43. — familia Pulmbranchiatorum.

= *Helicea* Lamek. emend.

Helicina GRAY 1840 in Turton Man. ed. 2a p. 110.

Subfamilia *Helicidarum*, in qua Angliae genera recensentur: *Helix*, *Zonites*, *Succinea*, *Bulimus*, *Zua*, *Azeca*, *Achatina*, *Pupa*, *Vertigo*, *Balaea*, *Clausilia*.

Helicinacea MENKE 1830. Syn. ed. 2a p. 39.

Etym. *Helicina*.

Prima familia Coelopnoorum operculatorum. Unicum genus *Helicina*.

Synon. *Helicinae* Féruß. Rang.

Helicinidae Latreille.

Helicinaceae Menke olim.

Helicinaceae MENKE olim 1828. Syn. p. 22.

Altera familia Coelopneumonatorum operculatorum.

= *Helicinacea* Menke.

Helicinidae GUILD. 1828. Zool. Journ. III. N. 12. p. 528.

= *Helicinacea* Menke.

Helicinae FÉRUSS. 1821. Tabl. syst. p. XXXIII.

Prima familia Pulmonatorum opercularorum. Unicum genus *Helicina*.

Pariter RANG 1829. Man. p. 178.

POT. et MICN. 1838. Gal. I. p. 228.

= *Helicinacea* Menke.

Helicinae SWAINS. 1840. Malac. p. 162. 330.

Etym. *Helix*.

Subfamilia Helicidarum. Genera: *Helix*, *Geotrochus*, *Pupa*, *Helicella*.

Helicinae DESH. 1830. Enc. méth. III. p. 552. tabl.

Etym. *Helicina*.

Tertia familia Pulmobranchiatorum. Genera: *Cyclostoma*, *Strophostoma*, *Helicina*.

Synon. *Helicinacea* et *Cyclostomacea* Menke.

Turbicina et *Helicinae* FÉRUSS.

Turbicina et *Helicinidae* LATR.

Operculata WIEGM.

Cyclostomidae GRAY. D'ORB.

= *Pneumonopoma* LATR.

Helicinidae LATR. 1825. Fam. nat. (ed. Berth. p. 177.)

Etym. *Helicina*.

Prima familia Pneumopomorum. Unicum genus *Helicina*.

= *Helicinacea* Menke.

Helicites SCHLOTH. 1820. Petref. p. 99.

Etym. *Helix*.⁴⁵⁾

Testae fossiles Linnaeano generi *Helicis* insertae.

Helicobulinus BRODERIP 1840 in Proc. Zool. Soc. p. 123.

Etym. *Helix*; *Bulinus*.

Subgenus *Helicis*. Typus: *Helix sarcinosa* FÉRUSS.

= *Orthostylus* Beck.

45) *Helicitae* antea Auctoribus Foraminiferorum genus.

Helicoceras D'ORB. 1842. Paléont. franç. Terr. crét. I. *

Etym. Ἑλιξ, quod contortum est; οὐράς, cornu.

Novum genus Ammoniteorum, inter Turrilitas et Hamitas intermedium.

Pariter DESH. 1845. Lamck. ed. 2a XI. p. 266.

MORRIS 1843. Brit. foss. p. 181. — genus Cephalopodium.

GEINITZ 1843 in Leonh. et Bronn Jahrb. p. 599. et
1845 in Grundr. d. Verstein. p. 304. 305. — genus rejicit.

Helicodon EHRENB. 1831. Symb. phys. * > Oken Isis 1833.
p. 734.

Etym. vid. seq.

Subgenus Chilodontis.

Helicodonta FÉRUSS. 1819. Prodr. p. 33. et 1821. Tabl. p. XXXII.

Etym. Helix; ὁδούς, dens.

Subgenus Helicis ex inclusis volutatis. Subdivisiones: Personatae, Lamellatae, Maxillatae, Anostomae, Impressae.

Pariter RANG 1829. Man. p. 161.

Similiter KRYN. 1836. Bull. Mose. IX. p. 165.

CUVIER 1830. R. a. ed. 2a (ed. Voigt. III. p. 55.) — divisio subgeneris Helicis.

Helicogena FÉRUSS. 1819. Prodr. p. 27. et 1821. Tabl. p. XXXII.

Etym. Helix; γέρος, genus.

Subgenus Helicis ex inclusis volutatis. Subdivisiones: Columellatae, Perforatae, Acavae, Imperforatae.

Pariter RANG 1829. Man. p. 160.

CUVIER 1830. R. a. ed. 2a (ed. Voigt. III. p. 47.) — divisio subgeneris Helicis.

Helicogena RISSO 1826. Hist. IV. p. 59.

Genus Helicidarum. Typi: H. pomatia, nemoralis etc.

Helicogena BECK 1837. Ind. p. 37.

Subgenus Helicis, e sectione crassilabrum.

≡ **Tachea** Leach.

Helleogena KRYNICKI 1836. Bull. Mosc. IX. p. 150.

Subgenus *Helicis* ex typo *Helicis pomatiae*.

Pariter Hartm. 1840. Syst. Uebers. et 1844. Erd-
u. Süßw. Gast. I. passim.

Helicogona C. PFEIFF. 1828. Natgsch. III. p. 57.

Subgenus *Helicis*.

Pariter KRYN. 1836. Bull. Mosc. IX. p. 169.

= *Helicigona* Fér.

Helicoidea DE CRISTOFORI et JAN 1832. Catal. p. 1.

Etym. ἑλικοειδής, turbinatus.

Secunda familia Pulmonaceorum. Genera: *Helico-*
phanta, *Vitrina*, *Helix*.

Similiter FITZINGER 1833. Syst. Verz. p. 92. — fami-
lia Pulmonatorum terrestrium, in qua recensentur
genera Austriae indigena: *Helix*, *Conulus*, *Pyra-
midula*, *Monacha*, *Helicella*, *Latomus*, *Isognomo-
stoma*, *Trigonostoma*, *Chilostoma*, *Gonyodiscus*,
Discus, *Vitrea*, *Aegopis*, *Oxychilus*, *Helicopsis*,
Clausilia, *Fusulus*, *Styloides*, *Bulimus*, *Torquilla*,
Cylindrus, *Pupa*.

= *Helicea* Lamck.

Helicolimax FÉRUSSAC PAT. 1807. Essai. *

Etym. *Helix*; *Limax*.

Ab *Helicibus* separatum genus.

BLAINV. 1824. Dict. sc. nat. tom. 32. p. 254. et 1825.

Malac. p. 462. — genus *Limacineorum*. Subge-
nera: *Helicolimax*, *Helicarion*.

LOWE 1829. Zool. Journ. IV. N. 15. p. 338.

= *Vitrina* Drap. et *Helicarion* Féru.

Helicolimax FÉRUSS. FIL. 1819. Prodr. p. 21. et 1821. Tabl.
p. XXXI.

Secundum genus *Cochlearum*.

Pariter RANG 1829. Man. p. 157.

= *Vitrina* Drap. et *Nanina* (sp.) Gray.

Heliconoides D'ORB. 1839. Moll. Canar. p. 36. * et 1841.
Moll. Cub. I. p. 103.

Heliconoides D'Orb. contin.

Etym. ἑλικών, instrumentum quoddam musicum.

Genus Atlantidarum. Typus: *Atlanta inflata* D'Orb.
voyag.

Helicophanta FÉRUSS. 1819. Prodr. p. 25. et 1821. Tabl.
p. XXXII.

Etym. *Helix*; *gaiρω*, appareo.

Subgenus *Helicis* e redundantibus volutatis. Sectio-
nes: Vitrinoides et Vesicales.

Pariter RANG 1829. Man. p. 159.

CUVIER 1830. R. a. ed. 2a (ed. Voigt. III. p. 76.) —
subgenus Vitrinae.

DE CRISTOFORI et JAN 1832. Cat. p. 1. — genus He-
licoideorum.

= *Daudébardia* Hartm. et *Helicophanta* Beck.

Helicophanta C. PFEIFF. 1828. Naturgesch. III. p. 3.

Genus Cochlearum, praecedentis priorem sectionem,
Vitrinoidum, compleetens.

Similiter DESH. 1830. Enc. méth. III. p. 269.

ROSSM. 1835. Icon. I. p. 84.

HARTM. 1840. Erd- u. Süssw. Gast. I. 1. p. 7. 10.
et Syst. Uebers. — genus Geophilorum.

L. PFEIFF. 1841. Symb. Hist. Hel. p. 5. et 1842. Ibid.
II. p. 63. — genus Heliceorum.

= *Daudébardia* Hartm.

Helicophanta BECK 1837. Ind. p. 46.

Subgenus *Helicis* e sectione crassilabrum.

Synon. *Helicophanta* sect. *Vesicales* FÉRUSS. Rang.

Helicophlegma D'ORB. 1839. Moll. Canar. p. 35. * et
1841. Moll. Cub. I. p. 98. Conf. de Koninek Terr.
anthr. Belg. p. 337.

Etym. *Helix*; *γλέγμα*, pituita.

Novum genus Atlantidarum. Typus: *Atlanta Kerau-
drenii* Lesueur. (Alia species, *Helicophl. Candei*
D'Orb., ipsi auctori novi generis, *Browniae*, typus
videtur.)

Synon. *Ladas* Cantr.

Helicophora teste Agass. Nom.

Etym. Ἑλιξ, anfractus; φέρω, fero.

Genus Heteropodium.

Helicopsis FITZINGER 1833. Syst. Verz. p. 101.

Etym. Helix; ὕψις, facies.

Genus Helicoideorum. Typus: *Helix striata* Müll.

= *Theba* Leach.

Helicopsis BECK 1837. Ind. p. 2.

Genus Vitrinidum.

? = *Platycloster* Van Hasselt.

Helicostyla FÉRUSS. 1819. Prodr. p. 46. et 1821. Tabl. p. XXXII.

Etym. Helix; στῦλος, column.

Subgenus *Helicis* ex inclusis volutatis. Subdivisiones: *Aplostomae*, *Canaliculatae*, *Marginatae*.

Pariter RANG 1829. Man. p. 164.

Helicostyla BECK 1837. Ind. p. 36.

Subgenus *Helicis* e sectione crassilabrium.

Synon. *Helicostyla* sect. *Marginatae* (pars) Fér.

Chromocochlea Hartm.

Helicteres FÉRUSS. 1819. Prodr. p. 56. et 1824. Voy. de Freyc. Zool. p. 477.

Etym. ἑλικτής = Ἑλιξ, quod contortum est. ⁴⁶⁾

Subdivision *Cochlogenae*. Typus: *Helix vulpina* Fér. FÉRUSS. 1829. Bull. sc. nat. XVI. p. 138.

Pariter RANG 1829. Man. p. 168.

BECK 1837. Ind. p. 51. — subgenus *Bulimi*, sectionis crassilabrium.

= *Achatinella* Swains.

Heliomanes FÉRUSS. 1819. Prodr. p. 44.

Etym. ἡλιομανῆς, solem amans. ⁴⁷⁾

46) *Helicteres* Linn. genus Columniferarum.

47) *Heliomanes* Sodowsky (1837.) genus Lepidopterorum.

Heliomanes Newman (1840.) genus Coleopterorum.

Heliomanes Féuss. contin.

Sectio Helicellae. Typo sunt *Helix rugosa* Lamck.
et *Hel. pyramidata* Drap.

Pariter RANG 1829. Man. p. 164.

GRAY 1840 in Turt. Man. ed. 2a p. 158. — subgenus *Helicis*.

= *Theba* (sp.) Leach et *Leucocroa* Beck et *Ochthephila* Beck.

Helisiga LESSON 1829. Voy. de la Coq. p. 316. Conf. Oken
Isis 1833. p. 117. t. 2.

Etym. ἡλω, torqueo; σιγάω, taceo, caelo.

= *Amphibulima* Blainv.

Helisoma SWAINS. 1840. Mal. p. 337.

Etym. ἡλω, torqueo; σῶμα, corpus.

Subgenus *Planorbis*. Typus: *Plan. bicarinatus* Say.

Helix LINN. 1758. Syst. nat. ed. X. p. 768. et 1767. Ib. ed. XII. p. 1241. Ed. Gmel. p. 3613.

Etym. ἡλξ, quod contortum est.

Genus *Cochlearum* incongruum, nullis certis limitibus circumscriptum. Emendare coepit O. F. Müll. vid. seq.

Helix MÜLLER 1774. Hist. Verm. II. p. 12.

Genus *Testaceorum* strictius definitum, segregatis *Planorbe*, *Vertigine*, *Carychio*, *Vertigine*.

Helix MÜLLER emend.

SCOPOLI 1786. Delic. Flor. et Faun. Insubr. I. * — *Bulimos* secernit.

BRUG. 1789. Ene. méth. I. p. XVI. — idem genus sensu latiori et *Planorbes* agnoscit.

Similiter CUVIER 1798. Tabl. élém. * — in Gasteropodis testaceis.

LAMCK. 1799. Prodr. * — ejicitur *Helicina* (et *Sigaretus*) 1801. Syst. an. s. vert. p. 94. — distinguitur *Janthina*.

CUVIER 1800. Anat. comp. * — subgenus *Helicis*.

Pariter CUVIER 1817. R. anim. *

Helix Müller. emend. contin.

CUVIER 1830. Ibid. ed. 2a (ed. Voigt. III. p. 45.)

— subsectiones: *Helicogena*, *Helicella*, *Helicodonta*.

SCHWEIGG. 1820. Naturgesch. p. 742.

C. PFEIFF. 1828. Naturgesch. III. p. 4. 56.

DRAP. 1801. Tabl. * — nova genera emittuntur *Vitrina* et *Succinea*.

ROISSY 1805. Moll. V. p. 381.

DRAP. 1805. Hist. p. 23. 29. 78.

CUVIER 1806. Ann. du Mus. VII. p. 140. *

FISCHER 1807. Mus. Demidoff. * — nova genera segregantur *Polydonta* et *Anostoma*.

LAMCK. 1809. Philos. zool. — genus *Heliceorum*.

1812. Extr. d'un Cours. * — in eadem familia, sed disjuncta *Helicella*.

J. SOW. 1812. Min. Conch. tab. 11.

STUDER 1820. Verzeichn. p. 12. — subgenus *Glischri*.

HARTM. 1821 in Sturm Fauna Abth. 6. Heft V. p. 39. — genus *Geophilorum*. Segregatur *Daudebardia*.

GRAY 1821 in Lond. Medic. Repos. * — in *Adelopneumonis terrestribus*.

LAMCK. 1822. Hist. VI. 2. p. 62. (ed. 2a VIII. p. 22.) — genus *Heliceorum quadricornium*, cui *Helicella iterum* injungitur. *Carocolla* et *Anostoma* segregantur.

NILSSON 1822. Moll. Suec. p. 13. — in *Pulmonatis terrestribus*.

BLAINV. 1825. Malac. p. 459. — in *Limaceineis*.

LATR. 1825. Fam. nat. — in *Geocochlidibus*.

RISSO 1826. Hist. IV. p. 63. — genus *Helicidarum*. Similiter FLEMING 1828. Brit. Anim. p. 255. 259.

THOMPSON 1840. Moll. of Irele. p. 6.

GULD. 1828. Zool. Journ. III. N. 12. p. 527. — segregatur *Stenopus*.

Helix Müller. emend. contin.

MENKE 1828. Syn. p. 8. et similiter 1830. Ibid. ed. 2a p. 14. — in *Heliceis tetraceris*. Subdivisiones:

A. *Helicogena* Fér.

- a) columella solida flexa: *Columellatae* Fér. (*Hel. aperta* Born etc.)
- b) testa perforata: *Perforatae* Fér. (*Hel. pomatia* Linn.)
- c) testa umbilicata, umbilico obtecto: *Acavae* Fér. (*Hel. aspersa* Müll.)

B. *Helicodonta* Fér.

C. *Helicella* Fér.

- a) labro reflexo: *Lomastomae* Fér. (*Hel. coeruleans* Mühlf. etc.)
- b) labro simplici: *Apostostomae* Fér. (*Hel. rotundata* Müll.)
- c) labro intus marginato. (*Hel. incarnata* Müll.)

DESH. 1830. Enc. méth. III. p. 206. — genus *Helicorum*. Artificialis proponitur dispositio specierum in planorbicas, globulosas, carinatas et trochiformes.

VALENC. 1833. Humb. voy. Zool. II. p. 239.

GRAY 1834. Proc. Zool. Soc. p. 58. * — Naninas segregat.

ROSSMÄSSL. 1835. Icon. I. p. 53.

BECK 1837. Ind. p. 6. — secundum genus *Helicidum*. Sectiones:

- 1) *tenuilabres*. Subgenera: *Helicella* Lamck., *Mesomphix* Rafin., *Zonites* Montf., *Euryomphala* Beck, *Sagda* Beck, *Pitys* Beck.
- 2) *intus marginatae*: Subgenera: *Turricula* Beck, *Theba* Leach, *Leucocroa* Beck, *Ochthephila* Beck, *Bradybaena* Beck.
- 3) *planilabres*. Subgenera: *Petasia* Beck, *Dedalochila* Beck, *Tridopsis* Rafin., *Polygyra* Say.

Helix Müll. emend. contin.

4) *reflexilabres*. Subgenera: *Circinaria* Beck, *Macrocyelis* Beck, *Campylaea* Beck, *Iberus* Montf., *Chilotrema* Leach, *Caracollina* Ehrenberg, *Vortex* Beck, *Chloritis* Beck, *Planispira* Beck, *Obba* Beck, *Ampelita* Beck, *Caracolla* Montf., *Polydentes* Montf., *Lahyrinthus* Beck, *Pleurodonta* Fischer, *Anostoma* Fischer.

5) *crassilabres*: Subgenera: *Dentellaria* Schum., *Otala* Schum., *Helicostyla* Beck, *Acavus* Montf., *Helicogena* Risso, *Arianta* Leach, *Galaxias* Beck, *Pomatia* Beck, *Polymita* Beck; *Eurycratera* Beck, *Styloodon* De Cristof. et Jan, *Helicophanta* Féruß., *Geotrochus* Van Hasselt.

Praeterea e genere emittuntur: *Artemon* Beck, *Daubardia* Hartm., *Nanina* Gray, *Stenopus* Guild., *Helicarion* Féruß. et *Helicopsis* Beck.

HELD 1837 in Oken Isis p. 902. — subgenera: *Cepaea*, *Coenatoria*, *Cingulifera*, *Corneola*, *Lenticula*, *Xerophila*, *Fruticicola*, *Trochiscus*, *Gonostoma*, *Tragomma*, *Patula*, *Politula*.

POT. et MICH. 1838. Gal. I. p. 68. — in *Cochleis*.

Pariter MORELET 1845. Moll. du Port. p. 54.

G. B. SOW. jun. 1839. Conch. Man. (ed. 2a 1842. p. 159.) — genus *Colimaceorum*.

GRAY 1840 in Turton Man. ed. 2a p. 110. 125. — genus *Helicinorum*. Subgenera (Angliae): *Tapada*, *Acavus*, *Pomatia*, *Arianta*, *Trigonostoma*, *Chilotrema*, *Zurama*, *Hygromanes*, *Heliomanes*.

SWAINSON 1840. Malac. p. 164. 330. — genus *Helicinum*. Subgenera: *Hemicyela*, *Helix*, *Zonites*, *Epistyla*, *Streptaxis*.

HARTM. 1840. System. Uebers. — genus *Geophilorum*. Subgenera: *Obelus*, *Oxynota*, *Euparyphia*, *Helicella*, *Zonites*, *Lomastoma*, *Chilostoma*, *Actinota*, *Delomphalus*, *Agopis*, *Oxylopha*, *Trigonostoma*, *Drepanostoma*, *Isognostoma*, *Conulus*,

Helix Müll. emend. contin.

Plicaria, Calocochlia, Proteusia, Tachea, Helicogena, Arianta, Monacha, Trichia, Teba, Hyalinia.

D'ORB. 1841. Moll. cub. I. p. 142. — genus Colimacidarum.

REEVE 1841. Proc. Zool. Soc. p. 76. et 1842. Conch. syst. II. p. 67. — genus Colimaceorum.

Pariter CATLOW 1845. Conch. Nomencl. p. 118.

L. PFEIFF. 1841. Symb. Hist. Hel. p. 5. — genus Heliceorum.

Conf. L. PFEIFF. 1842. Symb. Hist. Hel. II. p. 5. 64.

Idem in Zeitschr. für Malak. 1845. p. 81. et 1846. p. 74. et 1846. Symb. III. p. 6.

MORRIS 1843. Brit. foss. p. 147.

L. PFEIFF. 1847. Monogr. Heliceor. I. p. 16.

Synon. Turbo terrestris (pars) Lister. Da Costa.

Trochilus (spec.) Lister.

Cochlea terrestris Tournef.

Cochlea depressa (pars) Gualt.

Cochlea depressa et umbilicata Gualt.

Cochlea marina plana (sp.) Gualt.

Cochlea umbilicata (pars) Gualt.

Cochlea vulgaris (pars) Gualt.

Cochlea ore depresso (sp.) D'Argenv.

Limax (sp.) D'Argenv.

Trochus (sp.) D'Argenv. Chemn. Montagu.

Angystoma Klein. Schum.

Platystoma (sp.), Semicornu, Seminautilus, Serpentulus Klein.

Cornu Born.

Cochlites (pars) Auctt.

Nerita (sp.) Chemn.

Helix Humphrey.

Lucerna Humphr. Swains.

Angaria (sp.), Janthina (sp.), Lampadion (sp.) Bolten.

Helix Müll. emend. contin.

Synon. contin.

- Planorbis (pars) Petiv. Bolten. Perry.
Pomatia Bolten. Beck.
Acavus Montf. et Auctt.
Caprinus, Caracolus, Cepolum Montf.
Iberus, Polydentes Montf. Beck.
Zonites Montf. Beck. Gray. Swains.
? Anostoma Fischer q. cf.
Pleurodonta Fischer. Beck.
Anomalia, Cratere Mühlf.
Dentellaria, Otala Schum. Beck.
Carocolla Schum. Lamek. etc.
Vortex Oken. Beck.
Helicella Lamek. olim. Férußac etc.
Trochoida Brown.
Aplodon, Hemiloma, Mesodon, Mesomphix, Steinotrema, Toxotrema, Triodopsis, Xolotrema Rafinesque.
Polygyra Say. Beck.
Helicigona Férußac.
Helicodata sect. Personatae, Lamellatae, Maxilatae, Impressae Féruß.
Helicophanta sect. Vesicales Féruß.
Helicogena Féruß. Risso.
Helicostyla Féruß. Beck.
Helicites Schloth. p. p.
Arianta Leach. etc.
Chilotrema, Zurama Leach.
Tachea Leach. Hartm.
Theba Leach. Beck.
Styłodon De Cristof. et Jan. Beck.
? Proserpina Guilding. Gray. Jonas.
Cantareus, Hygromia, Saraphia Risso.
Aegopis, Conulus Fitzinger. Hartm.
Chilostoma, Discus, Gonyodiscus, Helicopsis, Iso-

Helix Müll. emend. contin.

Synon. contin.

gnomostoma, Latomus, Oxychilus, Pyramidula,
Vitrea Fitz.

Monacha, Trigonostoma Fitz. Hartm.

Geotrochus Van Hasselt. Swains. Beck.

Caracolla Ehrenb. Beck. Hartm.

Caracollina Ehrenb. Beck.

Cepaea, Cingulifera, Coenatoria, Corneola, Fruticicola, Gonostoma, Lenticula, Patula, Polita, Tragomma, Trochiseus, Xerophila Held.

Ampelita, Bradybaena, Campylaea, Chloritis, Circinaria, Daedalochila, Eurycratera, Euryomphala, Galaxias, Lahyrinthus, Leucochroa, Macrocyelis, Obba, Ochthephila, Petasia, Pitrys, Planispira, Polymita, Sagda, Tridopsis Beck.

Drepanostoma Porro.

Discodoma, Epistyla, Geomitra, Hemitrochus, Leiostoma (genus Lucerninarum), Lucernella, Lucidula, Lyrostoma, Pusiodon, Pythohelix, Thelidomus Swains.

Actinota, Calocochlea, Chromoecochlea, Columplica, Delomphalus, Eulota, Euparypha, Gallina, Heterostoma, Hyalinia, Isognostoma, Lomastoma, Obelus, Oxylopha, Oxynota, Plicaria, Proteusia, Tachea, Teba, Trichia, Hartm.

Tapada, Dorcasia Gray.

Helix CUVIER 1800. Anat. comp. *

Genus Spirivalvium. Subgenera: Planorbis, Helix, Ampullaria, Melania, Bulimus, Achatina.

Helix MONTE. 1810. Conch. syst. II. p. 230.

Pars emendati Mülleriani generis, segregatis novis generibus Caracolo, Caprino, Cepolo, Polydonte, Acavo, Tomogere. Typus: *Helix pomatia* Linn.
= Pomatia Bolten.

Helix SCHUM. 1817. Essai p. 191. (et similiter Fitzinger vid. infra.)

Helix Schum. contin.

Alia pars generis Mülleriani. Sectiones:

α) umbilicatae = Pomatia Bolten.

β) imperforatae = Tachea Leach.

Ejusdem auctoris genera Otala, Carocolla, Angystoma et Dentellaria reliquas species continent.

Helix (genus) CUVIER 1817. R. a. *

Genus Pulmonatorum terrestrium. Subgenera: Helix, Vitrina, Bulimus, Pupa, Scarabus, Chondrus, Succinea.

SCHWEIGG. 1820. Naturgesch. p. 741. — genus Coelopnoorum terrestrium. Subgenera: Succinea, Scarabaea, Chondrus, Pupa, Bulimus, Helix, Vitrina.

C. PFEIFF. 1828. Naturgesch. III. p. 3. — genus Cochlearum. Subgenera: Helix, Bulimus, Pupa, Clausilia.

CUVIER 1830. R. a. ed. 2a. (ed. Voigt. III. p. 45.) — genus Pulmonatorum terrestrium. Subgenera: Helix, Carocola, Anostoma, Vitrina, Bulimus, Pupa, Chondrus, Succinea.

Pariter GUÉRIN 1843. Iconogr. Moll. p. 13.

= Helicea Lamek.

Helix FÉRUSS. 1819. Prodr. p. 23. et 1821. Tabl. p. XXXI. Tertium genus Cochlearum. Subdivisiones:

A redundantes.

a) helicoides. Subgenus: Helicophanta.

b) cochloides. Subgenus: Cochlohydra.

B. inelusae.

a) helicoides. Subgenera: Helicogena, Helioconta, Helicigona, Helicella, Helicostyla.

b) cochloides. Subgenera: Cochlostyla, Cochlitoma, Cochlicopa, Cochlicella, Cochlogena, Cochlodonta, Cochlodina.

Pariter RANG 1829. Man. p. 158.

Similiter QUOV et GAIM. 1832. Voy. de l'Astrol. Zool. II. p. 91. (exclus. Achatina.)

Helix FITZINGER 1833. Syst. Verzeichn. p. 92. — genus Helicoidorum.

= **Helix** Schum.

= **Pomatia** Bolten et **Tachea** Leach.

Helix (genus) SWAINS. 1840. Malac. p. 164. 330.

Genus Helicinarum, partem generis Mülleriani emendati complectens. Subgenera: **Hemicyla**, **Helix**, **Zonites**, **Epistyla**, **Streptaxis**. Reliquam partem genera **Geotrochus** et **Helicella** et familia **Lucerninarum** suscipiunt.

Helix (subgenus) SWAINS. 1840. Malac. p. 330.

Subgenus praecedentis.

= **Pomatia** Bolten et **Acavus** Montfort et **Tachea** Leach.

Helicarion FÉRUSS. 1819. Prodr. p. 20.

G. B. Sow. jun. 1842. Conch. Man. ed. 2a p. 160.

= **Helicarion** Féruß.

Helmintholithus LINN. 1753. Mus. Tessin. * et 1768. Syst. Nat. ed. 12ma III. p. 162.

Etym. ἔλμυρς, vermis; λιθος, lapis.

Petrificatorum sectio major, petrefacta e classi Vermium Linn. complectens.

Hemasterias RAFIN. . . . Atlant. Journ. p. 142. * et 1839 in Bull. géolog. X. * teste BRONN Palaeont. Coll. p. 118. Conf. Hemisterias.

Etym. ἥμισυ, semis; ἀστερίας, stellatus.

Novum genus Brachiopodum fossilium.

Hemicardia KLEIN 1753. Ostrac. p. 137.

Etym. ἥμισυ, semis; καρδία, cor.

Genus Diconcharum cordiformium, a Cardiis vix separandum.

Synon. Cardium (spec.) Linn. et Auctt.

Cartissa (sp.) Baier. Schröt.

Cardissa (sp.) Walch.

Corelum Bolten.

Fragum Bolten.

Cardissa Mühlf. Swains.

Hemicardia Klein. contin.

Synon. contin.

Isocardia Oken olim.

Hemicardium Cuvier. Swains. etc.

Hemicardium CUVIER 1817. Règne an. * et 1830. Ibid. ed.

2a. (ed. Voigt. III. p. 515.)

Etym. praeced.

Subgenus Cardii.

Pariter SCHWEIGG. 1820. Naturgeseh. p. 707.

ANTON 1839. Verzeichn. p. 11.

SWAINS. 1840. Malac. p. 373.

FÉRUSS. 1821. Tabl. syst. p. XLIII. — genus admittit
in familia Cardiorum.

LATR. 1825. Fam. nat. — genus Cardiaceorum.

Pariter MENKE 1830. Syn. ed. 2a p. 110.

POT. et MICH. 1844. Gal. II. p. 186.

RANG 1829. Man. p. 305. — genus Conchaceorum.

= **Hemicardia** Klein.

Hemiceratites EICHWALD 1840 in Petersb. Journ. f. Natur-
u. Heilkunde. * teste BRONN 1843. Palaeont. Col-
lect. p. 69.

Etym. ἥμισυ, semis; κέρας, cornu.

Novum genus Cephalopodum fossilium.

Hemicrypta AGASS. 1837. in Charp. Cat. Moll. Suiss. * et
1846. Nom. zool.

Etym. ἥμισυ, semis; κρυπτός, occultus.

Genus Pulmonatorum vel subgenus.

Hemicyclo SWAINS. 1840. Malac. p. 331.

Etym. ἥμικυκλος, semicirculus.

Subgenus Helicis. Typus: *Helix plicatula* Lamek.

= *Otala* Schum.

Hemicyclonosta DESH. inedit. teste ipso auctore 1835 in
Lamek. Hist. ed. 2a VI. p. 447. 450.

(1837 in Michelin Fig. de quelq. coq. * > Fér.
Bull. sc. nat. XI. * teste Agass. Nomencl.)

Etym. ἥμισυ, semis; κύκλος, circulus; ὄστεον, os.

Hemicyclonosta Desh. contin.

Novum genus Mactraceorum.

= Cardilia Desh.

Hemicyclostera BRONN 1838. Leth. p. 806. errore calam.

= Hemicyclonosta Desh.

Hemicyclostoma BLAINV. 1818. Diet. sc. nat. tom. 10. p. 216. Tabl.

Etym. ἡμίκυκλος, semicirculus; στόμα, apertura.

Schismobranchiorum familia. Genera, Nerita, Natica,
Neritina, Theodoxus, Clithon, Velates.

BLAINV. 1824. Dict. sc. nat. tom. 32. p. 237. et 1825.

Malac. p. 442. — quarta familia Asiphonobran-
chiorum. Genera: Natica, Nerita, Septaria (1825
Navicella).

= Neritacea Lamck.

Hemifusus SWAINS. 1840. Malac. p. 91. 308.

Etym. Vocabulum hybridum: ἡμισυ, semis; Fusus.
Genus Fusinarum. Typus: Fusus colosseus Lamck.,
vel F. morio Linn.

= Pugilina Schum.

Hemiloma RAFIN. 1820. Ann. of nat. I. * > Isis 1821.
p. 361.

Etym. ἡμισυ, semis; λῶμα, margo.
Genus Helicidarum.

Hemimactra SWAINS. 1840. Malac. p. 369. Conf. G. B.
Sow. jun. Conch. Man. ed. 2a p. 160.

Etym. ἡμισυ, semis; μάκτρα, Mactra.

Subgenus Mactrae. Typus: Mactra solidissima
Chemn.

= Spisula Gray.

Hemimitra SWAINS. 1840. Malac. p. 199. 340.

Etym. ἡμισυ, semis; μίτρα, mitra.

Subgenus Paludomi, ex typo novo.

Hemiodon SWAINS. 1840. Malac. p. 287. 381. Conf. G. B.
Sow. jun. Conch. Man. ed. 2a p. 160.

Etym. ἡμισυ, semis; ὅδονς, dens.

Hemiodon Swains. contin.

Genus Anodontinarum. Typus: *Anodonta undulata* Say.

= *Strophitus* Rafin.

Hemiodon SWAINS. Malac. p. 164. 191. err. typogr. = *Hemicyccla* Sw.

Hemiphytidinae MENKE olim 1828. Syn. p. 6.

Etym. ἥμισυ, semis; *Phyllidinae*.

Alter subordo Hypobranchiatorum. Familiae: Umbrellaceae, Pleurobranchaeae.

= *Pleurobranchia* Desh.

Hemipomastoma FÉRUSS. 1821. Tabl. syst. p. XXXV.

Etym. ἥμισυ, semis; πῶμα, operculum; στόμα, apertura.

Secundus subordo Peetinibranchiotorum. Familiae: Cerithia, Buccina, Purpurae, Strombi, Coni.

Synon. *Hemipomastomae* Menke olim.

Hemipomatostoma Menke.

Hemipomastomae MENKE olim 1828. Syn. p. 32. et

Hemipomatostoma MENKE 1830. Syn. ed. 2a p. 57.

Etym. Mutatio praecedentis non necessaria.

Secundus subordo Ctenobranchiorum. Familiae: Cerithiacea, Buccinea, Purpuracea, Strombea, Conea.

= *Hemipomastoma* Fér.

Hemiprionites (Pand.) AGASS. Nom. zool. vid. seq.

Hemipronites PANDER 1830. Beitr. z. Geogn. d. russ. R. * teste Buch Ueb. Delthyris p. 25.

Etym. ἥμισυ, semis; Pronites.

Novum genus Brachiopodum. (*Hemiprionites* Agass. err.)

= *Orthis* (sp.) Dalm. teste Buch.

Hemisinus SWAINS. 1840. Malac. p. 200. 341. Conf. G. B. Sow. jun. Conch. Man. ed. 2a p. 160.

Etym. ἥμισυ, semis; sinus. Vocabulum hybridum relegandum.

Subgenus Melaniae. Typus: *Melania lineolata* Gray.

Hemisterias RAFIN. 1832. Atlant. journ. N. 4. p. 142. *
 > Fér. 1835. Bull. zool. p. 102.

Etym. conf. Hemiasterias.

Genus fossile concharum bivalvium inaequivallvium.

Hemithalamus LEACH inedit. (1820. Moll. Brit. p. 137. *)
 teste Turton 1831. Man. p. 116. *

Etym. ῥυσν, semis; θάλαμος, loculumentum.

FITZ. 1833. Syst. Verz. p. 110. — genus Physoideorum.

= Segmentina Flem.

Hemitoma SWAINS. 1840. Malac. p. 243. 356. Conf. G. B.
 Sow. jun. Conch. Man. ed. 2a p. 160.

Etym. ῥυσν, semis; τουή, incisura.

Subgenus Emarginulae. Typus: Emarginula emarginata Blainv.

Hemitrochus SWAINS. 1840. Malac. p. 331.

Etym. ῥυσν, semis; τροχός, trochus.

Subgenus Geotrochi. Typus: Helix carnicolor Fér.

= Polymita Beck.

Heptadactylus KLEIN 1753. Ostrac. p. 99.

Etym. ἑπτα, septem; δάκτυλος, digitus.

Tertium genus Alatarum.

= Pterocera (spec.) Lamek.

Hercodontia AGASS. 1837 in Charp. Cat. Moll. Suiss. * et
 1846. Nom. zool.

Etym. ἕρξος, reticulum; ὁδούς, dens.

= Pupa (spec.) Drap.

Hercolea MONTF. 1810. Conch. syst. II. p. 274.

Etym. ?

Genus dubium, effictum pro figura apud Soldan.

Testae. tab. 18. a., quae Trochum quendam minutum reserre videtur, vel Pleurotomariam.

FÉRUSS. 1821. Tabl. syst. p. XXXIV. — genus Pomastomorum?

Hermaea LOVÉN 1844. Öfvers. Kong. Vet. Acad. Handl. *

> Hornschuchs Archiv I. 1. p. 152. et Arch. f. Natgsch. 1845. II. p. 312.

Hermaea Lovén. contin.

Etym. Ἐρμαία, nom. propri.

Genus Gymnobranchiorum. Typus: *Doris bifida* Mont.

ALDER et HANCOCK 1845. Monogr. Brit. Nudibranch.
— genus Eolidinarum.

Hermaphrodita LATR. vid. Gasteropoda Latreille.

Hermaphrodita DESN. 1830. Enc. méth. III. p. 552. Tabl.

Etym. Ἐρμαφρόδιτος, Hermaphroditus.

Primus ordo Cephalaeorum. Subordines: Cirrobranchiata, Cyclobranchiata, Scutibranchiata, Aristerobranchia, Tubulibranchiata, Asiphonobranchia.

Hermes MONTE. 1810. Conch. syst. II. p. 398.

Etym. Ἐρμῆς, nom. propri. myth.

Genus a *Conis* separatum. Typus: *Conus nussatella* Linn.

Synon. *Theliconus* Swains.

Herpa GUILD. 1826. Zool. Journ. II. N. 8. p. 443. in adnot.

Etym. Ἑρπω, serpo.

Genus Limacidarum novum.

SWAINS. 1840. Malac. p. 45. 161. 189. 327. 405. —
genus emendat ex auctoris manuscriptis. Subgenera: *Herpa*, *Onchidium*.

Heteroclita LAMCK. olim 1809. Philos. zool. Conf. Desh.

Enc. méth. III. p. 270.

Etym. ἕτερος, alias, diversus; κλίνω, acclino. ⁴⁸⁾

Familia Gasteropodum sectionis secundae. Genera:
Bulla, *Janthina*, *Volvaria*.

Heterodon GRAY 1840. Syn. Brit. Mus. * (Agass. Nom.)

Etym. ἕτερος, alias; ὁδούς, dens.

(Genus Naïadeorum. Agass.)

Heteropoda LAMCK. 1812. Extr. d'un Cours. * Conf. Desh.

Enc. méth. III. p. 172. et Traité élém. Introd.
p. 119.

48) *Heteroclita* Burmeist. (1842.) genus Coleopterorum.

Heteropoda Lamek. contin.

Etym. ἔτερος, alius; πούς, pes. ⁴⁹⁾

Quinta sectio Cephalaeorum. Familia unica ejusdem nominis, qua continentur genera: Carinaria, Pterotrahea, Phyllirrhoë.

LAMCK. 1822. Hist. VII. p. 669. (ed. 2a XI. p. 373.)
— quintus ordo Molluseorum. Genera eadem.

FÉRUSSAC 1821. Tabl. syst. p. XXXVII. — tertius subordo Scutibranchiatorum. Unica familia: Pterotraheae.

ESCHUSCHOLTZ 1825. Isis p. 735. — genera: Carinaria, Pterotrahea, Firola, Phyllirrhoë, Appendicularia, Tomopteris.

DESH. 1830. Enc. méth. III. p. 552. Tabl. — unica familia Nucleobranchiatorum. Genera: Carinaria et Pterotrahea.

CUVIER 1830. R. a. ed. 2a (ed. Voigt. III. p. 143.) — quintus ordo Gasteropodum. Genera: Carinaria, Atlanta, Firola, Timoriensia, Monophora Quoy, Phyllirrhoë. (Hisce subjungitur in ed. Voigt. Pterosoma.)

WIEGM. 1832. Handb. d. Zool. p. 517. (ed. 2a p. 545.)
— tertius ordo Molluseorum. Familiae: Firolidae, Atlantidae.

D'ORB. 1839. Voy. Amér. * et 1841. Moll. Cub. *
— nova inseruntur genera Helicophlegma et Brownia.

CANTR. 1841. Malac. méditerr. p. 35. — 3a classis Molluseorum. Familiae Atlantidae, Firolidae, Phylliroidea.

GRAVENH. 1845. Das Thierr. nach den Verw. p. 33.
— tertia familia Pteropodum. Genera: Carina-

49) *Heteropoda* Latr. olim (1804.) genus Arachnidarum.

Heteropoda Latr. (1826.) sectio Crustaceorum isopodorum.

Heteropoda Bonap. (1838.) genus Avium.

Heteropoda Lamck. contin.

ria, Firola, Pterosoma, Psyche, Atlanta, Pleuropus.

Synon. Pterotracheacea Oken.

Nectopoda Blainv.

Caryobranchia Menke.

Nucleobranchiata Rang.

Heterostoma HARTM. 1844. Erd- u. Süssw. Gast. I. 7.
p. 177. t. 62.

Etym. ἔτερος, alias; στόμα, os.

Subgenus Helicis. Typus: *Helix paupercula* Lowe.
= *Ochthephila* (sp.) Beck.

Hexabranchus EHRENB. 1831. Symb. phys. * > Oken Isis
1832. p. 1290.

Etym. ἔξ, sex; βράγχος, branchiae.

Genus Gymnobranchiorum.

Hexaplex PERRY 1811. Conch. * teste Féruß. 1820. Journ.
de ph. tom. 90. p. 284. (Exaplex.)

Etym. ἔξ, sex; plica. (Vocab. hybr.)

A Muricibus Linn. separatum genus, (a varicum
numero dictum?)

Hexeterus RAFIN. 1815. Tabl. de la nat. * t. Agass. Nom.
Etym. ἔξ, sex; ἔτερος, alias.

Genus Nudibranchiatorum.

Hianticonchae LATR. vid. Uniconchae.

Hiatella DAUDIN. *

Etym. Hiatus.

A Myis separatum genus. Typus: *Mya arctica* Müll.
Adoptant Bosc 1802. Hist. d. Coq. III. p. 120. *

Roissy 1805. Moll. VI. p. 385.

LAMCK. 1812. Extr. d'un Cours. * et 1819. Hist. VI.
I. p. 29. (ed. 2a VI. p. 442.) — in Cardiaceis.

Pariter HANLEY 1846. Ill. cat. II. p. 150.

CUVIER 1817. Règn. an. * et 1830. Ib. ed. 2a (ed.
Voigt. III. p. 561.) — in Inclusis.

Pariter SCHWEIGG. 1820. Naturgesch. p. 700.

Hiatella Daudin. contin.

FÉRUSS. 1821. Tabl. syst. p. XLV. — in familia Pholadum. (*Hyatella*.)

BLAINV. 1825. Malac. p. 573. — in Pylorideis secundae sectionis. Subgenera: *Hiatella*, *Biapholius*.

RANG 1829. Man. p. 335. — in eadem familia.

LATR. 1825. Fam. nat. — genus *Solenidarum*.

Pariter FLEM. 1828. Brit. An. p. 410. 461.

DESH. 1830. Enc. méth. III. p. 271. et p. 552. Tabl. — genus *Petricoleorum*.

MENKE 1828. Syn. p. 73. et 1830. Ibid. ed. 2a p. 121. — in *Pholadeis*.

Pariter POT. et MICH. 1844. Gal. II. p. 265.

G. B. Sow. jun. 1842. Conch. Man. ed. 2a p. 161. — genus *Lithophagidarum*.

Id. ibid. p. 176. — *Saxicavae injungit*.

GRAY 1844. Revue zool. p. 408. — in *Saxicavidis*.

CONF. RÉCLUZ 1846. Revue zool. p. 419.

= *Saxicava* (sp.) Fleur. de Bellev.

Hiatula SWAINS. 1835. Elem. mod. Conch. * et 1840. Malac. p. 132. 322. Conf. G. B. Sow. jun. Conch. Man. ed. 2a p. 161.

Etym. *Hiatus.* ⁵⁰⁾

Genus Olivinarum. Typus: *Oliva hiatula* Gmelin.

= *Agaronia* Gray.

Hibolithes DESH. vid. *Hibolithes*.

Hibolithes MONTE. 1808. Conch. syst. I. p. 386. Conf. Desh. Enc. méth. III. p. 272. (*Hibolithes*) et G. B. Sow. jun. Conch. Man. ed. 2a p. 162.

Etym. An *Hybolithus*? *ὑβός*, gibbus; *λιθός*, lapis.

Genus superfluum ad *Belemnitas* referendum, species complectens superne dilatatas et complanatas.

LATR. 1825. Fam. nat. — genus *Orthocerorum*.

50) *Hiatula* Lacép. (1800.) genus *Piscium*.

Himantopoda SCHUM. 1817. Essai p. 109.

Etym. ἵματος, lora; πόντος, pes.

= Malleus Lamek.

Hinnita FÉRUSSAC. GRAY. MENKE olim. vid. Hinnites.

Hinnites DEFRISE. (1821. Dict. se. nat. tom. 21. p. 169. *)

Etym. ? ἴννος, hinnus; an vero ὑπερισ, vomer? unde
Hynnites.

Novum genus inter Pectines et Ostreas intermedium.

FERUSSAC. 1821. Tabl. syst. p. XL. — genus Pectinid-
darum. (Hinnita.)

Pariter RANG 1829. Man. p. 278.

DESH. in Dict. class. d'hist. nat. * et 1830. Enc.
méth. III. p. 272.

BLAINV. 1825. Malac. p. 524. — in Subostraceis.

SOW. 1826. Zool. Journ. III. N. 9. p. 67.

MENKE 1828. Syn. p. 58. (Hinnita) et 1830. Syn.
ed. 2a p. 98. — in Pectineis.

Pariter AGASS. 1839. Moul. d. Moll. p. 24.

POT. et MICU. 1844. Gal. II. p. 68.

FLEM. 1828. Brit. An. p. 381. — in Ostreadis.

CUVIER 1830. R. a. ed. 2a. (ed. Voigt. III. p. 455.) —
in Ostraceis monomyis.

GRAY 1826 in Ann. of Phil. New. Ser. vol. 12. p.
103. * (Hinnita.) > Oken Isis 1834. p. 503.

J. SOW. 1830. Min. Conch. tab. 601.

DESH. 1836 in Lamek. ed. 2a VII. p. 148. — genus
Ostraceorum.

SWAINS. 1840. Malac. p. 388. — subgenus Pectinis.

